

Barcelona, BC, ms. 479, 4r.

«Filia mea male a demonio vexatur<sup>1</sup>» [Mathaeus] 15

*Et ut thema nostrum facilius concludatur, in nostri sermonis exordio triplex inseratur propositio sive consideracio, ut verius patheat eius deductio.*

Prima, qui lo peccat <sup>2</sup> va faent,	cert lo diable servex,	e és dit seu per dretura.
2. Una filla fort plasant	ha cascú, la qual nodrex.	mas sovin peccat l'atura.
3. Aquel, nostre mal volent,	sol lo loch que posseex,	treballar per greu pressura.

*Dico igitur primo quod qui lo peccat et cetera. Et hoc est quod dicitur Iohannes 8: «Qui facit peccatum servus est peccati<sup>3</sup>». Glosa 1: «Dyaboli qui est capud peccati», super quibus verbis Ambrosius, «Semper in laqueis, semper in vinculis est nunquam est liber a compedibus quia semper est in criminibus<sup>4</sup>». Et ideo Gregorius: «Quisquis se pravo desiderio subicit iniquitatis domino dudum libera mentis colla supponit<sup>5</sup>». Et in XXV Moralia: «Quanto autem aliquid liberius peragunt perversa que [volunt] tanto eius servicio obnoxius obligantur<sup>6</sup>». Et ideo Augustinus: «O miserabilis servitus. Servus hominis aliquando sui domini duriis imperis fatigatus fugiendo requiescit. Servus peccati, quo fugit<sup>7</sup>». Et ideo II Petri 2º: «A quo quis superatus est illius servus est<sup>8</sup>» sed peccator a dyabolo superatus est, igitur eius servus est. Considerans igitur dyabolo tali modo peccatores sibi esse subditos:*

*Claudit sibi aures ne audiant verbum Dei et, si audiant, cito perdant. Matheum.*

*Ligat sibi pedes ne vadant ad aliquod bonum. Psalmos: «Funes peccatorum circumplexi sunt me<sup>9</sup>».*

*Aridat manus ne elongentur ad elemosinas.*

*Obturat sibi os ne sua peccata confiteatur.*

*Ececat sibi oculos ne videat ambulare in viam Dei.*

*De hiis omnibus, Psalmos: «Aures<sup>4v</sup> habent et non audient<sup>10</sup>» quanto ad primum; «Oculos habent et non videbunt<sup>11</sup>» quanto ad ultimum; «Manus habent et non palpabunt<sup>12</sup>» quanto ad 3<sup>um</sup>; «Pedes habent et non ambulabunt<sup>13</sup>» quanto ad 2<sup>um</sup>; «Non clamabunt in guture suo<sup>11</sup>» quanto ad 4<sup>um</sup>. Tamen, ut dicit Ambrosius: “Aliud facit de peccatore sicut puer de avicula quam tenet in pede ligatam et permitit eam aliud modicum volare, sed postmodum retrahit ad se”. Sic dyabolus alium permitit facere aliqua bona opera, sed postmodum ad se trahit et cum sic diu fecerit facit<sup>14</sup>, sicut murilegus muri qui, cum diu, cum mure luserit, postmodum eam comedit. Hoc satis bene figuratum est Iudicis 16, ubi dicitur quod Sampsson, quia Dalide consencit ab inimicis, captus [et] excecatus est Sampsson. Igitur, quilibet nostrum dum Dalide uculuti consentit capere ab inimicis, id est, fit servus demonium, qui eum excecant atque ligant. Super quibus verbis Gregorius: «Primo oculos mentis obtunditur et postea captus animus per exteriora evagatur ut ceca mens quo ducatur nesciat et carnis sue illecebris se libenter subdat<sup>15</sup>».*

*Dico 2º quod filia fort plasant et cetera. Et ideo Hieronimus: «filias christianorum<sup>16</sup> puto*

<sup>1</sup> Mt. 15, 22 | <sup>2</sup> segueix fa ratllat. | <sup>3</sup> Io. 8, 34. | <sup>4</sup> Ambrosius Mediolanensis, *De Nabuthe Jizraelita*, cap. 6. PL 14, 739B. (☞). | <sup>5</sup> Tomàs d'Aquino, *Catena in Io.*, cap. 8 l. 8. (☞). No localitzat en obres de Sant Gregori. | <sup>6</sup> Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*. 30?. | <sup>7</sup> Augustinus Hiponensis, *In Iohannis evangelium tractatus CXXIV*, 41, 4. Al marge: “Secum tra[hit se quocum]que fug[erit]. Enim qui fa[cit peccatum servus est]. Volu[ptas tran]sit, peccatum [man]sit; preaterii[t quod] delectabat, [re]mansit quod [pungat]. | <sup>8</sup> 2Petr 2,19. | <sup>9</sup> Ps. 118, 61. | <sup>10</sup> Ps. 113B, 6. | <sup>11</sup> Ps. 113, 5. | <sup>12</sup> Ps. 113, 7. | <sup>13</sup> Ps. 113, 7. | <sup>14</sup> Cf. Eadmerus, *Vita S. Anselmi*, l. II, c. 3, n. 28; PL 158, 92: «Alia vice conspexit [Anselmus] puerum cum avicula in via ludentem... | <sup>15</sup> Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, llibre 7, cap. 27 | <sup>16</sup> A l'original: Ego filia Chananaeae.

*animas esse credencium quae male a demonio vexantur, suum creatorem deserentes et lapidem adorantes*<sup>17</sup>». Et ideo Rabanus: «Si quis animam habet alicuius vicii sorde pullutam filiam habet male a demonio vexatam. Item, si quis bona que gessit peccatorum peste<sup>18</sup> fedavit filiam habet inmundi spiritus furiis agitatam<sup>19</sup>». Et ideo Luce 8: «Filia unica erat illi<sup>20</sup>». I peccatori habet filia in suo aspectum, est fort placent. Et ideo Bernardus: «Anima est insignita Dei imagine decorata similitudine, desponsata fide, dotata Spiritu, redempta sanguine, deputata cum angelis capax beatitudinis, heres salutis rationis particeps<sup>21</sup>». Et ideo Gregorius: «Unde mihi pulcri orem ex ymagine Dei, id est animae conproprio<sup>22</sup>». Et ideo Sapientia: 7, de filia ista dicitur «Candor est lucis eterne et speculum sine macula<sup>23</sup>». Hec autem filia multum assidue per peccatum deturpatur. Et ideo magister Sententiarum libro 2º disctione 29. Super id, Apostoli Ad Romanos 8: «Ipsa creatura liberabitur a servitute corrupcionis<sup>24</sup>». Igitur, inquit «Hanc libertatem habuit homo ante peccatum, quia omnis carebat miseria et nulla tangebatur molestia et plenius h[ab]ebit in futura beatitudine, ubi miser esse non poterit, sed in hac vita quod est inter primum peccatum et ultimam confirmationem nemo a miseria liber est, quia peccati pene non caret hec ille<sup>25</sup>». Et ideo Apostolus Romanos 7: «Peccatum habitat in carne<sup>26</sup>», quando igitur hec filia per infectionem quam habet in carne peccatum aliud operatur totale eius pulcritudo amittitur, et tecum talis est eius dispositio.

Lo cap té abaxat e alsat sens neguna proporció. *Et hoc cum consentit peccato sciente.*

Les mans té contretes e debilitades per mala retenció. *Et hoc cum eius avaritiae.*

La vista té corta e regirada per emulació. *Et hoc cum eius invidie.*

<sup>5r</sup> Lo nas té inflat e obstinat per indigitació. *Et hoc cum eius ire.*

Les aures té longues, delitades en murmuració. *Et hoc cum eius detraccio.*

Lo cos té pal·liat e incorvat per simulació. *Et hoc cum eius ypocresia.*

La pell té stesa e inflada ab gran devoció. *Et hoc cum eius gule.*

La lenga és scampada e forçada en difamació. *Et hoc cum eius predicationi.*

Los peus són corromputs e maculats per mala contagió. *Et hoc cum eius immun[dicie].*

Les ungles té negres e blaves per congregació. *Et hoc cum eius rapine.*

*De hac filia tali modo disposita dicitur Michaeas X: «Dole et satage, filia Syon, quasi parturiens et quia nunc, scilicet per peccatum circa assidue convenis, egredieris de civitate et habitabis in regione et venies usque ad Babilonie<sup>27</sup>».*

*Dico tertio quod aquel nostre mal volent et cetera. Et hoc est quod dicit Cassiodorus, super illud Psalmos CV: «Vexati sunt a tribulatione malorum<sup>28</sup>» ab insidiis dyaboli et angelorum eius doloribus nec et tribulationibus vexantur hoc qui actorem salutis relinquit. Et ideo Psalmos: «Hereditatem tuam» suple malignus spiritus «vexaverunt<sup>29</sup>», unde dyabolus vexat quolibet nostrum:*

*Ante peccatum*

*In peccatum*

*Post peccatum.*

*Ante peccatum autem vexat dyabolus peccatorem Vº modis*

*Primo, circuiendo et insidiando. I Petri 5: «Soli estote<sup>30</sup>».*

*2º, a parte inferiori laqueos tendendo. Psalmos: «In via hac quam ambulabam absconderunt superbi laqueum mihi<sup>31</sup>».*

<sup>17</sup> Hieronimus, *Commentarii in Matheum*, cap. 15, vers. 21, 22. PL 26. Aquí extret de Tomàs d'Aquino, *Cathena in Mateo*, cap. 15, n. 5. | <sup>18</sup> Ms. veste | <sup>19</sup> Ms. sagitatum. Thomae Aquinatis, *Cathena in Matheo*, cap. 15, n. 5. | <sup>20</sup> Lc. 8, 42. | <sup>21</sup> Mfl, Anima, x; Bernardus Clarevallensis?, *Meditatio de humana conditione*, 3, 7. PL. 184, 489C-D. | <sup>22</sup> Cita no localitzada. | <sup>23</sup> Sap. 7, 26. | <sup>24</sup> Rom. 8, 21 | <sup>25</sup> STh, Liber II, distinctio XXV, 14. *De libertate a miseria*. | <sup>26</sup> Cf. Rom 7, 25. | <sup>27</sup> Mich. 4, 10 | <sup>28</sup> Cf. Ps. 106, 39. | <sup>29</sup> Ps. 93, 5. | <sup>30</sup> 1Petr. 5, 8. | <sup>31</sup> Ps. 141, 4. |

3º, expetit dubientem ingerendo circa veritatem credendorum. Lucas XXII: «Simon, ecce Satha[nas]<sup>32</sup>».

4º, adversatur in operandis. Zacharias VIII: cum esset Ihesus indutus contra Sathanas «stabat a dextris eius<sup>33</sup>».

5º, inpertune persequitur, ut sicut saltem thedio vincat. Psalmos: «Persecutus est inimicus animam meam<sup>34</sup>». Exodi 15: «Dixit inimicus: persequar et comprehendam», et persequar suggerendo comprehendam in conspectu; «dividam spolia», in peccati prope; «et implebitur anima mea<sup>35</sup>» et voluntas in consuetudine.

*In peccatum vero vexat animis Ve modis:*

Primo, spoliando gratuitis et vulnerando in naturalibus. Luce X : De eo qui «incidit in latrones<sup>36</sup>».

2º, execat peccatorem ne fugiat. Apocalipsis 3: «Dicis quia dives sum<sup>37</sup>».

3º, ipsum decipit cum ei spem venie repromittit ut ei amplius in peccato<sup>38</sup> morari placeat. Hec est «repromissio nequissima quae multos perdit<sup>39</sup>». Ecclesiastici.

4, vexat in remorsu consciencie. Iheremiae XXIX: «Dabo eis vexationem universis<sup>40</sup>».

5, facit mutum ne confiteatur peccata. Contra quod Ecclesiasticus III: «Non confundaris confiteri peccata sua<sup>41</sup>».

*Post peccatum vero vexat animis Ve modis:*<sup>42</sup>

5º. Primo, ipsum habitando et posidendo tanquam suum hospicium. Apocalipsis 2: «Ubi Sathanas habitat<sup>43</sup>».

2º, alligat retrahendo a bono. Luce 13: «Hanc filiam Abraha quam alligavit Sathanas<sup>44</sup>».

3º, incarcerat per miseria desperationem. Apocalipsis 3: «Missurus est dyabolus in carcerem<sup>45</sup>».

4º, accusat in iudicio a quo liberantur sancti. Apocalipsis 12: «Proiectus est accusator<sup>46</sup>» et cetera.

5º, captivat et cruciat in Gehenna. Luc 22: «tradidit eum tortoribus<sup>47</sup>» ut pro horum omnium concordia dicatur. Idem Lucam 6: «Vexabantur a spiritibus inmundis<sup>48</sup>» ut igitur ex nostro themate fiat aliqualis conclusio, formetur una talis ratio, et digam axí:

Pus axí és que qui lo peccat va fahent *et cetera, ut dicitur primum.*

E axí és que una filla fort placent *et cetera, ut dicitur 2º.*

E axi és que aquel nostre mal volent *et cetera, ut dicitur 3º.*

*Igitur sequitur*

que la filla ten excel·lent la qual cascun posseex, pel diable és posada en estretura, *et hoc est quod dicunt verba nostri themate: «Filia meam» et cetera. Dicit evangelium et procede sicut vis. Si autem, procedeas super 'clamare' et dicas in themate, addendo: "clamabat dicens: filia mea" et cetera. Fiat tali modo dispositio themathe in quibus verbis tria breviter ostenduntur. Ostendere namque de peccatore:*

Com demana son poder, qui és fort alt e transcendent sobre tota creatura, *quare clamavit dicens.*

<sup>32</sup> Lc. 22, 31. | <sup>33</sup> Cf. Zach. 3, 1. | <sup>34</sup> Ps. 142, 3. | <sup>35</sup> Ex. 15, 9. | <sup>36</sup> Lc. 10, 30. | <sup>37</sup> Apoc. 3, 17. |

<sup>38</sup> Segueix moari ratllat. | <sup>39</sup> Eccli. 29, 24. | <sup>40</sup> Ier. 24, 9. | <sup>41</sup> Eccli. 4, 31. | <sup>42</sup> A peu de pàgina: «Bernardus super id, «miseror super turbam, viam trium dierum eas necesse est in desertum si gratum deo tuo offerre volueris sacrificium. Prima dies timoris, dies in quam declarans et illuminans tenebras tuas, interiores scilicet, et horrendum gehenne supplicium demonstrans, in quo sunt tenebre exteriores. Huiusmodi si quidem cogitatio nostre solet exercere primordia converssionis. Secunda est pietas qua respiramur in luce miserationum dei. Tertia dies est [rationis, in qua veritas innotescit]». Bernardus Claraevallensis, *Sermo dominica VI post pentecoste*. PL 183, 337D. | <sup>43</sup> Apoc. 2, 13. | <sup>44</sup> Lc. 13, 16. | <sup>45</sup> Apoc. 2, 10. | <sup>46</sup> Apoc. 12,10. | <sup>47</sup> Mt. 18, 34. | <sup>48</sup> Lc. 6, 18.

Com mostre son hereter, lo qual ama ferventment segons lo cos de natura, *quare filia mea*.  
Quin és lo mal que soffer, del qual vol deliurament al·legant sa gran altura, *quia mea a [demonio<sup>50</sup>] vexatur*.

*Pro primo psalmus: «Ad dominum cum tribularet clamavi<sup>51</sup>». Pro secundum, Mathei 21: «Filia mea modo defuncta est<sup>52</sup>». Pro 3º: «Non opus valentibus medicus sed male habentibus<sup>53</sup>».*

*Dico igitur primo quod ostenduntur de quolibet peccatore com demana son poder et cetera, quia dicitur quod clamabat. Et si aberitis nebulis nostre mentis velimus attendere ad sacrarum seriem scripturas, repropieremus in ea multiplex clamare. Nam clamant aliqui:*

*Aliqui per dolor que·s amagada dintre lo cos natural. Ysaia LXV: «Prae dolore cordis<sup>54</sup>». Aliqui per amor que·s demostrada a tot hom en general. Johannes 7: «Si quis s[c]itit veniat<sup>55</sup>» et cetera.*

*Aliqui per corregir tots quants són en esta vida. Ysaia 48: «Clama, ne neces quasi tuba<sup>56</sup>». Aliqui per vergoyr los qui no jutgen bé a mida. Johanes 8: «Clamabat qui sine peccatum est<sup>57</sup>». Aliqui per demanar dels affanys deliurament. Psalmi: «Clamaverunt ad dominum cum tribularentur<sup>58</sup>».*

*Aliqui per invocar de Déu poder transcendent. 3 Reges 18, de Helia qui clamavit ut descendet. Aliqui per metre cor als qui deuen batallar. Apocalipsi 2: «Vincenti dabo edere<sup>59</sup>» et cetera. Aliqui per gran furor, car no troben qui·ls empar. Apochalipsis 5: «Voce magna quis est dignus aperire<sup>60</sup>».*

*Aliqui per complayenssa de molta perdició. 3 Reges ultimo: «Ait angelo percucienti: sufficit<sup>61</sup>». Aliqui per avinenssa de greu persecució. Apochalipsis: «Et clamavit voce magna quatuor angelis» et cetera, «nolite nocere terre mari neque arboribus<sup>62</sup>» et cetera.*

*6º. Dicebam igitur in uno primorum membrorum quod aliquid clamant per demanar dels afanys deliurament. Et ideo Psalmis: «Clamaverunt ad Dominum cum tribularerunt et de necessitatibus eorum liberant eos<sup>63</sup>». Psalmos: «Clamabo per diem et non exaudies<sup>64</sup>». Sed pro dolor nam Iacobi 2º dicitur: «Obsturat ad clamorem pauperis<sup>65</sup>» I peccatoris aurem suam. Et hoc propter 5 defectus qui sunt in peccatore:*

*primus, deslealtat  
2us, temeritat  
3us, viltat  
4us, pobretat  
5us, parvitat*

*Primum patet quia «Omnis homo mendax<sup>66</sup>» et cetera. Certe mihi. Et ideo psalmos: «De celo respexit super filios hominum ut videat si est intelligens<sup>67</sup>» et cetera. Et «homo cum in honore esset non intellexit<sup>68</sup>». Et ideo «omnis homo mendax» et specialiter christiani, qui «sponsati sunt mihi in fide<sup>69</sup>» Osee 2º; et ideo Deuteronomio 32: «Popule stulte et insipiens, deum qui te genuit, derelinquisti<sup>70</sup>». Igitur ecce gran deslealtat.*

*2m, patet quia estis mihi hostes. Job 25: «Tetendit adversus Deum manum suam<sup>71</sup>», sed male operando «et contra omnipotentem roboratus est; [cu]currit adversus Deum erecto collo et pingui cervice armatus est<sup>72</sup>» et ideo Psalmus: «Possuerunt in celum os suum<sup>73</sup>» et cetera, et non est ista magna temeritas, certe ymmo, nam «durum est tibi contra stimulum calcitrare<sup>74</sup>».*

*3um patet quia cotidie calicis et cotidie indulgeo et semper recidivant. Proverbium 2:*

<sup>50</sup> Manca. | <sup>51</sup> Ps. 119, 1. | <sup>52</sup> Mt. 9, 18. | <sup>53</sup> Mt. 9, 12. | <sup>54</sup> Is. 65, 14. | <sup>55</sup> Io. 7, 37. | <sup>56</sup> Is. 58, 1. | <sup>57</sup> Io. 8, 7. | <sup>58</sup> Ps. 106, 6. | <sup>59</sup> Apoc 2, 7. | <sup>60</sup> Apoc 5, 2. | <sup>61</sup> 2Sam. 24, 16. | <sup>62</sup> Apoc 7, 2-3. | <sup>63</sup> Ps. 106, 6. | <sup>64</sup> Ps. 21, 3. | <sup>65</sup> Prov 21, 13. | <sup>66</sup> Ps. 115, 11. | <sup>67</sup> Ps. 13, 2. | <sup>68</sup> Ps. 48, 13 | <sup>69</sup> Os. 2, 20. | <sup>70</sup> Deut. 32, 6 i 32, 8 | <sup>71</sup> Iob, 15, 25. | <sup>72</sup> Iob 15, 25. | <sup>73</sup> Ps. 72, 9. | <sup>74</sup> Act. 26, 14

«abominatus est deus pondus et pondus<sup>75</sup>» et Ysaia 1: «super quo percutiam vos ultra<sup>76</sup>».

4m. patet Apochalipsis 3: «Et nescies quia tu es miser et miserabilis, pauper et nudus et cecus<sup>77</sup>». Sed sine omni bono meritorio. Naum 3º: «revelabis pondera<sup>78</sup> tua in facie tua et ostendam gentibus nuditatem tuam<sup>79</sup>», quod facit Dominus quando revelat peccatum alicuius, postquam animas occultavit hoc ex iustitia.

5m patet Ecclesiasticus 8; «Omnis homo terra et quis est<sup>80</sup>» et Psalmis: «Universa vanitas omnis homo vivens<sup>81</sup>», et Ysaia 55 quam distant: «Vie mee non enim vie mee, vie vestre neque cogitationes mee cogitationes vestre<sup>82</sup>» propter, igitur illa: «Obturat Deus aurem suam ne audiat clamorem peccatoris<sup>83</sup>», sed nos ne videamur ingrati, clamemus et clamamus ei, proponamus aliqua ut merito ipse aures sue misericordie aperiat. Dicamus igitur ei:

Domine, tots quants som tos fils per creació e tu nostre pare natural. Romanos 8: «Clamemus abba<sup>84</sup>», pare. Et Psalmus; «quomodo miseretur per pater filiorum misertus est Deus timentibus spe<sup>85</sup>».

Domine, tots quants som de poch preu e no som res devant la tua potència divinal. Et ideo «non debes contra nos ostendere potentiam tuam, et ideo Ysaia 48: «clama inquit omnis caro fenum<sup>86</sup>» et Iob, cur «Contra folium quod vento rapitur ostendis potentiam tuam et stipulam siccam persequeris<sup>87</sup>».

Domine, iam dedisti sententiam ut inimicus nostre suspenderetur et nos omnes liberaremur, Hester X proclamans.

Domine, ponito quod tu non miserearis nostri nomine duretur. Oblitus est miserie Deus, in Psalmis.

<sup>6v</sup> Domine, non aspicias peccata nostra, sed gloriam et nobilitatem tuam. Istud debemus clamare cum ecclesia dicendo: «Adiuva nos Deus salutare, et propter gloriam nominis tui domine, libera nos<sup>88</sup>».

Domine, no pots dir que no-u pots fer. Et ideo Iob 13: «Quis potest facere mundum de inmundo, contemptum semine<sup>89</sup>». Et ideo Deuteronomio 32: «Ego occidam ecce ego vivere faciam<sup>90</sup>». Tu enim dixisti: «Nolo mortem peccatoris sed ut magnus convertatur et vivat<sup>91</sup>», nam «non veni vocare iustos sed peccatores<sup>92</sup>», et tunc Dominus, qui audiet tot clamores tot rationes tot Deus precaciones inclinabitur exaudiet clamores nostros et tunc verificabitur in nobis, id «laboravi clamans» et sequitur id: «audivit Dominus et misertus est mei Dominus factus est adiutor meus<sup>93</sup>», hic per gratiam et cetera.

<sup>75</sup> Prov. 20, 10. | <sup>76</sup> Is. 1, 5. | <sup>77</sup> Apoc. 3, 17. | <sup>78</sup> Vulg. pudenda. | <sup>79</sup> Nah. 3, 5. | <sup>80</sup> Cita no localitzada. | <sup>81</sup> Ps. 38, 6. | <sup>82</sup> Is. 55, 8. | <sup>83</sup> Prov. 21, 13, on pauperis enlloc de peccatoris. | <sup>84</sup> Rom. 8, 15. | <sup>85</sup> Ps. 102, 13. | <sup>86</sup> Is. 40, 6. | <sup>87</sup> Iob 13,25. | <sup>88</sup> Ps. 78,9. | <sup>89</sup> Iob 14, 4 | <sup>90</sup> Deut. 32,39. | <sup>91</sup> Responsori de la missa de dijous de la primera setmana de Quaresma. | <sup>92</sup> Mt. 9, 13. | <sup>93</sup> Ps. 29, 11.